Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

terencius noie sic imperatori locutus est.
Nos quidem sacratissime imperator quid
est xpianus ignoramus. uidimus tamen
quendam hominem ierophantam senem
attonso uertice signum corone preferen-
te. habitus eius longe a nostro differt. ui
ta illius multum est nostre dissimilis.
Deorum nostrorum cerimonias respuit. deum
nescio quem patrie nostre colendum inducit.
Xpm quem audiuimus crucifixum a iude-
is. a mortuis resurrexisse. eumque uere
dei esse filium ac uenturum in fine seculi
iudicem omnium. uoce publica predicat ui
tam aliam beatam et sempiternam post mor
tem corporis in deum suum credentibus repro
mittit. Preterea signa multa quoti
die facit in populo. Quicumque ad eum eger
aut aliqua debilitate detentus uenit.
sanus et incolumis redit. Nullus
merens. aut qualibet erumna pergra
uatus ad illum accessit. qui non se letum
et omni falce doloris expeditum redisse
miratus sit. Ipsis etiam diis quibus
maiestas uestra reueretur subditis uiribus
potentibus imperat. mortuos quod est mira
bile dictu resuscitat. nichilque est quod
non eum posse fama confirmet.

Ad hec imperator etc. Manifestissime
iste homo crucicola et execrande
illius supersticionis signifer esse digno
scitur. Perquirite itaque diligencius sico
phanticum monstrum. iniectisque ferreis
neruis constringite. et sic illum nostris aspec
tibus presentate. Expedit enim illum ut
pote maleficum et diis nostris iniurias
irrogantem sub celeritate perire. quia si
diucius uixerit. multos errare faciet
et numinum ueneranda religio et templa
paulatim despectuque omnium incipiet
deuenire. Reuera enim hoc genus
hominum repelle et blasphemum. dii nostri
abhominantur et horrent. Nec dubium hec
dant indicia signis. quando uiso xpi di
illorum signo indignantur. et stridentes
dentibus intabescunt. nec ostendi se
saltem. aut aspicere illud paciuntur. Ex
templo terencius missis apparitoribus
perquiri fecit sanctum benignum. inuenit
que eum in uilla que spaniacus dicitur
uerbum dei incolis predicantem. Capit
itaque a ministris diaboli cinis celi. et
crudelibus manibus attrectatur. iniuriatur
flagellis atrocissimis ceditur. sicque uinc
tus et catenatus aureliani aspectibus
exhibetur. Qui minacibus oculis ore
rapido talibus illum dictis aggreditur.

Tu ne es ille quem fama uulgauit
romani imperii maiestatem sper
nere. et deorum sacratissimum cultum auso
sceleratissimo perturbare? Dic ergo iam-
nunc quo censearis nomine. uel ex
qua regione ad nos ueneris. seu cuius
dei te profitearis esse cultorem. Tunc sanctus
Benignus signo fidei armat fronte.
et in archano cordis inuocato nomine
trinitatis. tale cesari dedit responsum. Ho
mine quidem proprio benignus a parentibus
appellatus sum. a partibus orientis. cum
aliis seruis dei a sancto policarpo episcopo mis
sus huc ueni. deum patrem et filium eius
ihesum xpm. nec non utriusque donum ex
caritate spiritum sanctum corde credo. ore con
fiteor. hunc unum et uerum deum omnibus
annuncio. Per hanc fidem solum homines
saluari predico. pro qua huius perseuerancia
mortem adipisci cupio. Aurelianus
dixit. Unde tibi hec confidencia ut in-
trepidus ante principem tocius orbis ta
lia prosequeris? Cui sanctus g. Audacissime
professus es xpiane legis esse cultorem.